

² deantur, illustratione adhuc indigent, eadem, ut mei muneris ratio fert, clara methodo exponam.

- 2 Quamquam autem plurimæ fuerint dubitandi rationes, quibus iidem Doctissimi Pares Virtutes Ven. Servi Dei heroicas dicere renuebant, vel suspenso herebant animo, ne Dei famulum eum esse censerent, qui Fidelium imitationi proponi posset; haec tamen omnes duobus capitibus facile complecti possunt; in quorum altero sedulo inquirendum est, an ad obitum usque in virtutis exercitio perseveraverit, de virtute in virtutem semper profecerit, & nunquam ab illa, quam semel aggressus fuerat, vite ratione declinarit: in altero vero animadvertisendum est, an omnes actiones suas ita comparaverit, ut nil egerit unquam, quod a virtute abhorret, vel quid mixtum haberet, quod vitio, vel culpæ tribui possit: De his igitur seorsim differam.

- 3 Porro si de prima ex duabus propositis questionibus loquamur, et si multa a Testibus dicta sint, que heroicatem aliquam adjunctam habent; haec tamen tanti fieri nequeunt, ut is, de quo prædicantur, heros continuo dicatur; quem Ven. Dei Famulus medio cursu a suscepito itinere aliquantulum deflexisse videatur: Etenim non infiior euudem magna animi contentione perfectionis iter arripiuisse, & in suscepti Ordinis Minimorum limine, atque progressu plurima non vulgaris virtutis argumenta dedisse: Sed temporis progressu primævus ille fervor tepescere coepit, & qui prius Sanctorum vestigia omni conatu sectari inceperat, gressus remisisse domesticis ipsis, & Sodalibus viuis est. Occasionem dubitanti præbent duo Religiosi, quorum verba referuntur in præteritis *Animadversionibus* §§. 17., & 18.: Sed mittamus suspicionem illius, qui videns Dei Famulum, frequenter è Cenobio egredi, Urbemque circuire, arbitratus est = Che il Servo di Dio con questa frequente uscita dal Convento si fosse in qualche maniera intrepidito dal primo fervore =: haec namque opinio eti vera fortasse fuit, certa tamen esse nequivat, aliquid deceptioni Testis poterat esse obnoxius: At non eodem pacto loqui licet de altero Teste P. Johanne Baptista Piccardo, qui certa nobis præbet indicia inconstantia Servi Dei: Roman namque reversus ejus agendi rationem miratus est = ma non con quel rigori di penitenza, e specialmente digiani = Non ci riconobbi in quanto all'esteriore quel fervore di spirto di prima = Mi pareva, che ci fosse diversità in lui, e che non ci conoscevo quel fervore, e raccoglimento di orazioni continua, che ne' primi anni aveva sperimentato in esso.

- 4 Satis clara sunt haec, ostenduntque Dei Famulum vel tedium pertusum, vel aliis distractum curis de primevo illo fervore aliquid remisisse; idcirco heros nullo pacto dici potest; nam proprium est, & familiare Sanctis, elestisque hominibus, qui arduum caletium virtutum iter ingressi ad earum fastigium aspirant, nunquam aut divertere, aut sistere gradus, sed semper ad altiora commiti donec ad aptatum illud, ac sumum beatae perfectionis culmen adscendant, quia, ut ait Spiritus Sanctus *Proverbior. 4. vers. 18.:* *Justorum semita, quasi lux splendens, procedit, & crescit usque ad perfectam diem:* nec Vir perfectus est ille, qui quanto propius ad corpoream vita metam adcedit, tanto minus in virtutum studio proficit, imo & languore correptus ab incepto perfectionis resilit cursu: Etenim, ut inquit Rosignolius de *Disciplina Christiana perfectionis lib. 3. cap. 1.* -- *Ratio conservanda virtutis est ejus perpetuus usus, & exercitatio: est enim virtus talentum illud Evangelicum, quod nullo modo oiosum relinqui permittit Deus:* Quare ut obeantur Virtutum officia summopere vigilandum est, omnisque, que affertur, occasio avide arripienda: *Siquidem in virtutis curriculo*